

Wc
573



An 4

1.858

Solm Wk

PANEGYRICUS

AB
ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPIS
AC DOMINO, DOMINO

Weimar
Jena

FRIDERICO,

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAFIO THURINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ, COMITE MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DYNASTA IN RAVENSTEIN, &c.

In Æde primaria Jenensi

Memoriter dictus

Cum

Sexto Iduum Novembris A. O. R. M DC LIV. qui erat centesimus ab eo, quo Abavus JOH. FRIDERICUS MAGNAN. EL. SAX. supremum diem obierat.

Ejus Celsitudo fasces Academicos à germano fratre DN. BERNHARDO solenni pompa per manus acciperet.

J E N Æ,

Typis exscriptus à GEORGIO SENGENVVALDO,
Acad. Typographo.

5. 1,859.



PANEGYRICUS

FRIDERICUS

DUCE SAXONIAE, ILLUSTRISSIMO
VIRI AC MONTIUM, LANDGRAEVI
THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, CO-
MITE MARCAE ET RAVENSBURGE, D. P.
NATA IN RAVENSBURGO

In Aede primariae Jenensis

Sexto Idibus Novembris A. O. R. M. D. C. L. V. qui est annus
MAGNAN. ET. SAX. SUPREMACIAE

DR. BERNHARDO JENSENI, POMPATORUM
MAGNAN. ET. SAX. SUPREMACIAE

J. E. N. A.

Typis exscriptis J. GEORGII SENGERVAALDO,
Acad. Typographo.

Quod in Aede primariae Jenensis

fructu perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat

perfrui liceat




CELSISSIME PRINCEPS, PARENS CLE-
MENTISSIME, TVQVE CÆTERA EMINEN-
TISSIMA AUDITORVM CORONA.



lberium memorant anna-
les Romani à senatu ad imperium evo-
catum vix ac ne vix quidem consentire visum
esse in electionem à Senatu populoque Ro-
mano factam: Quippe ingeminantem; Ar-
duum nimis esse imperii onus, nec unius hu-
meris sustinendum.

Quod Tiberium maturæ ætatis ac confirmati iudicii Principem
olim movere poterat, idem meos juveniles conatus majori jure re-
morari debebat, quo minus ad ejusmodi fastigium, cui me concor-
dantibus suffragiis Senatus Academicus destinavit, hodie aspirem.

Veruntamen, Patres Academici, vestra nifus singulari benevo-
lencia, meique dilectissimi Domini fratris Ducis BERNHARDI
laudabili exemplo, non deero spei de me concitata, vestraque ante-
hac factæ electioni ex voluntate ac consensu clementissimi Domini
Parentis præsentis investitura pondus adjiciam.

Quare neque mihi, qui hujus vestri iudicii (quod gravissimum
esse ego intelligo) ac consensus publicam habeo significationem,
multis nunc exorandi estis, ut auctoritate vestra, fide ac consilio in
hac statione, quam industria & constantia omni implebo, gnaviter
me juvetis. Hujus n. voluntatis vestrae tam præclara extat in dilectis-
simo Domino fratre meo indicina, ut de ea dubitare mihi religio sit.

Vestrum autem amorem, lectissimi juvenes, tam penitus explo-
ratum habeo, ut is non ferat quicquam sequius de obedientia vestra
suspitari.

Quod igitur DEUS bene vortat, ego
FRIDERICUS Dux Saxonæ accipio fascis Aca-
demicos à Germano fratre BERNHARDO mihi per manus tra-
ditos, meque inclutæ Salanæ RECTOREM electum ac publicè re-
nunciatum agnosco. Tibi, Domine frater, pro hac insigni munificen-
tia gratias immortales habeo. Potuisses sanè spectabilis Senatus A-

cademici pace summos illos honores diutius gerere, accedentibus adhuc illius precibus. At magis exornando fratri quàm retinendo imperio studuisti, majorem ex meo splendore gloriam quam è dubiâ imperandi arte expectans.

*O felix hominum genus,
Cum vestros animos amor,
Quo coelum regitur, regit!*

Nec Te, dilectissime Domine frater, fallet hoc augurium; Utinam nec me in premendis tuis laudatissimis vestigiis!

Vestræ autem, Patres Academici, exspectationi satisfactorius, nihil amplius vobis de mea juvenili ætate polliceor, quam olim Quiritibus de sua perfecta Princeps Tiberius. Hic pulchra voce (utinam & re!) in pleno senatu hæc est testatus. Dixi & nunc, & sæpe aliàs, Patres conscripti, bonum & salutarem Principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis, Senatui servire debere, & universis civibus, sæpè ac plerunque etiam singulis: Neque id dixisse pœnitet.

Præclara profecto Lex, quam ipse sibi posuit! Eidem ego ore & mente (quorum pulcherrimam esse concordiam pronuntiavit Græcus Imperator Leontius) favente Numine subscribo. Serviam vobis, id est, audiam & obsequar Senatui Academico, meoque imprimis Consiliario seu Prorectori designato, Doctore Gothofredo Mœbio, præcellentis eruditionis Viro. Serviam universis civibus Academicis in bono omnium procurando. Serviam singulis in justitia administranda, & injuria arcenda. Hæc quippe est rerum publicarum, quin & universitatis nostræ firmissima anhora, ut vitia corrigantur, virtutes commendentur: ut in rebus acquirendis retinendisque, atque adeò in contractibus pari jure cum infimis teneantur summi. Id summam parit concordiam, & erga Gubernatores amorem, quæ nos imprimis venari oportet.

Quod ut rectè fiat, Deoque Ter optimo Maximo, nec non Celsissimis hujus Academiæ Nutritiis, meoque imprimis venerando Domino Parenti probetur, Tu, sine quo nil boni cogitare, ne dum perficere humana sustinet imbecillitas, clementer largire, tuaque gratia concede.

Nunc quod restat temporis brevi contemplationi Principis ac Rectoris populi impendam, verbisque in rem collatis planum faciam, nihil magis abhorre ab illo augusto titulo, quàm vitia, adeò quidem, ut Principem sine virtutibus cogitare ejusdem sit dignationis ac immanem quandam chymeram introducere. De qua re verba factu-

rus,

rus, cum rem dictis nequiquam exæquare sustineam, nec par tanta mejestati pondus noster sit habiturus sermo, majorem, Auditores eminentissimi, in vestra æquitate & propenso studio, quàm in meo ingenio fiduciam repositam habeo.

Reges, Auditores eminentissimi, Græci ἀνακτας ἀπὸ τῆς ἀνακτῆς ἔχον, quod est curam gerere & tueri, Latini à servando ordine & compositè imperando dixerunt. Secus qui agit, non Rex est ac Princeps, sed dissipator & status civilis everfor. Reges ac Principes à D E O humano generi esse datos, ut illius vice in terris fungerentur, concors est sacrarum & profanarum pandectarum sententia. Quid autem magis alienum censebimus à Vicarii officio, quàm si in illa consentiat, aut iis se contamineat, quæ Dominus unice detestatur? Vitam Regis ac Principis censuram esse, eamque perpetuam, ad quam dirigamur, ad quam convertamur, adeò ut non tam imperio nobis opus sit, quàm exemplo, sapiens probat panegyrista. Et profecto rem acu tetigit! Censura enim est atque regula, secundum quam omnium civium facta examinantur. Quomodo autem regula erit, quæ non maximè recta est? Itaque nec Princeps, qui ad malum præceps fertur.

Pernitiosius igitur de Republica merentur vitiosi Principes, quod non solum vitia ipsimet concipiunt, sed ea in civitatem quoque infundunt: Neque solum eo obsunt, quòd ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, plusque exemplo, quam peccato nocent. Principi enim, qui in conspectu mortalium vivit, in quem oculi omnium conjiciuntur, cujus in clarissima luce versantis nullum obscurum potest nec dictum esse nec factum, circumspectius, cautius, sanctius vivendum est, ut ipsius vita pro speculo sit contemplantibus.

Reipublicæ rector quasi magni corporis magnus animus est, à quo vitalem spiritum trahunt & salutare regimen accipiunt tot capitum millia, nihil ipsa per se futura, nisi rapina & ludibrium audacis violentiæ, si desit, qui pariter majestate, potestate ac morum sanctimonia verendus universam illam multitudinem non aliter atque circæa virga mitiget, atque ad obsequium redigat. Sicut autem in corporibus gravissimus est morbus, qui à capite diffunditur, sic qui à Principe. Adeò sanè veritati consonat illa divini Platonis sententia. Quales in Republicâ Principes sunt, tales reliquos solere esse cives.

Vespasianum non proletarii Scriptores sed classici meritò laudant, & ex illis Tacitus, quod præcipuus fuerit adstricti moris auctor, antiquo ipse cultu, victuque: Unde obsequium in Principem, & æmulandi amor, validiora, quam poena ex legibus, & metus.

En quantum Principis faciat exemplum! Nec in rebus laudem merentibus, verum in levibus ac minutis quoque se ad Principis exemplum aliquando componunt. Testes hujus rei produco Magni Alexandri proceres, qui cum Regem suum cervice leviter incurva & panda incedentem observarent, illum certatim imitabantur.

Quod si ipse Princeps sit literatus, vel in aula nutriat Sophistas, foveatque eruditos, catervas videmus literatorum: Secus si sit, uno quasi ictu elegantiores literæ decollantur. Sic Principum judicio stant liberalia ingenia iterumque cadunt! Finiam igitur brevem hunc discursum elegantissimo Claudiani monito, quod ad verbum ita sonat:

*Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Ut te totius medio telluris in orbe
Vivere cognoscas: cunctis tua gentibus esse
Facta palam; nec posse dari regalibus unquam
Secretum vitis: Nam lux altissima facti
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat, & abstrusos explorat fama recessus.*

Quod superat, Auditores, Legum recitationi consecrabimus. Vendum quippe est, ne hujus augustissimæ coronæ patientia abutar, si prolixior esse vellem. Age igitur, qui nobis es à secretis, conscende cathedram hanc inferiorem, legesque clara ac distincta voce civibus nostris proponere.

EXposita vobis denuò, Cives Academicæ, literariæ nostræ Reipublicæ sacratissima anchora. Etenim nulla re alia quàm legibus multitudinem coalescere in unius populi corpus, omnibus retro seculis à sapientibus viris decantatum, optimaque rerum magistra experientia comprobatum est. Factæ sunt leges, ut earum metu coherceatur audacia, tutaque sit in malignantium cœtu innocentia, & in ipsis hominibus ad audendum projectis formidine supplicii refrenetur nocendi facultas. Aliter tamen res est cum sapientibus & virtuosis comparata, qui legibus non propter metum parent, sed eas sequuntur atque colunt, quia id salutare maximè esse judicant.

Ea procul dubio mens fuit majorum nostrorum, apud quos plus
bonos

bonos mores quam alibi bonas leges valuisse aeternæ illorum memoriae relictum invenimus.

Quamobrem & Vestros animos, Ornatissimi juvenes, honesta tanget majorum æmulatio. Molliore nunc clivo & minore ad gloriæ culmen vobis ire licet anfractu, quò vos Principum exempla ducunt; quò vos vestra ipsorum hortatur salus; quò parentum votum, & patriæ universæ spes vocat.

Vestræ omninò institutioni publica Academiarum parantur adminicula: vobis vigilantibus & Musis strenuè operantibus ab Imperatorib. sunt privilegia scripta. Quare proscripito ignobili otio, & sublata morum barbarie novum quaeso adferte in literas ardorem, novum ad honesta studia impetum, ne vos in capessendo publico beneficio, quam celsissimi hujus Academiae Patroni in largiendo tardiores fuisse videamini.

Hac vestra industria, atque istis virtutibus in summorum virorum gloriæ communionem venietis. Sic nomina vestra per universum eruditum orbem longe lateque diffundetis, magnatum denique favorem ac munificentiam provocabitis.

Quod ut fiat, ad Te DEUS immense nos convertimus, teque supplices veneramur, ut, quod sapientiæ & virtuti dicatum est delubrum, perpetim conserves, ejusdem celsissimis Nutritiis longam & vegetam senectutem, docentibus in eo acumen ac vires, discentibus denique sanitatem largiaris.

D I X I.



bonos mores quam sibi bene leges habuisse etiam illorum mento-
ris relicta inveniuntur.

Quamobrem & Vestros animos, Quos illi iuvenes honeste
tangentur in similitudine. Modeste tunc esse & minore ad glo-
riae culmen vobis licet accesserit, quod vos in principum exemplis du-
cant; quod vos vestra ipsorum horum, sed etiam parentum votum
et patris pietas vos vocat.

Vestris omnino in hoc negotio a cadaverum partem ad-
ministris vobis visitationibus, sed etiam in similitudine ad impe-
ratoribus, sed etiam in similitudine ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
latitiam dabitur non in curia dabitur non in curia dabitur non in curia
viam ad honorem, sed etiam in similitudine ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
relictio, quam colligitur hunc a cadaverum partem ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
que illis videantur.

Hac vestris industriis, atque illis virtutibus in summorum viro-
rum gloriae comminationem, vobis sic in similitudine ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
sunt auditis ostentat, sed etiam in similitudine ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
formam ac ministerium provocat.

Quod ut ad T. D. in similitudine ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
plures venerant, in quod sapienter & virtute dicitur est delu-
brum, perperam convives, eiusdem colligitur hunc a cadaverum partem ad imperatoribus, sed etiam in similitudine
vegetationem dicitur, doctrinam in eo communem ac vices
disciplinis dicitur, ministerium dicitur.

D. I. X. A.





Wo. 573. 40

ULB Halle 3
004 163 761



f
sb.

VD 17

no. 10.





Academici pace summos illos honores diutius gerere, accedentibus adhuc illius precibus. At magis exornando fratri quam retinendo imperio studuisti, majorem ex meo splendore gloriam quam è dubiâ imperandi arte expectans.


Nec Te, dilectissime, nam nec me in pro-

Vestræ autem nihil amplius volentibus de sua perditione & re!) in pleno se-
Patres conscripti & tam libera potestate civibus, sæpè annu-
nitet.

Præclara proinde & mente (quorum Græcus Imperator vobis, id est, audiam primis Consiliario Mœbio, præcellentibus Academicis in bonâ fide administrantibus publicarum, quin corrigantur, virtutibus nendisque, atque auctur summi. Id summi amorem, quæ nos

Quod ut rectè fiffimis hujus Academiae Domino Parenti perficere humana gratia concede.

Nunc quod rectoris populi immensam, nihil magis ab eodem, ut Principem immmanem quandam



hoc augurium; Utinam tibi!

ationi satisfactorum, eorum, quam olim Quilchra voce (utinam nunc, & sæpe aliàs, em, quem vos tanta re debere, & univereque id dixisse pœ-

it! Eidem ego ore diem pronunciavit subscribo. Serviam amico, meoque in-
rectori Gothofredo in universis civibus viam singulis in ju-
quippe est rerum ma anhora, ut vitia us acquirendis reti-
um infimis tenean-
rga Gubernatores

imo, nec non Cel-
primis venerando
i cogitare, ne dum
er largire, tuaque

tionem Principis ac
atis planum faci-
m vitia, adeò qui-
sit dignationis ac
la re verba factu-

rus,

